



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LXXXII. Diversæ ordinationes pro Collegio Clericorum prope Civitatem
Placentiæ, quod Presbyteris Congregationis Missionis administrandum
conceditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

nationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, ad Dei gloriam, publicumque Ecclesiae bonum supradiet Congregationis de Somascha, etiam tum ejusdem Hospitalis proventibus, tum ære juramento, confirmatione Apostolica, vel quæ suo convertere, priscamque in Altaris Ministris firmitate alia roboris statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & licentias Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac verbum inferunt habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transsumptorum.

§. 5. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides habeatur, qua ipsiis praesentibus haberetur, si fo- rent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Magorem sub anno Piscatoris die 28. Januarii 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Et in Col- legium ere- ðum.

Quo pa- quibus con- ditioni- bus expedita super ha- jum. ere- ditione Apo- stolicæ lite- ra:

LXXXII.

Deputantur Presbyteri Congregationis Missionis pro administratione ac direktione Collegii Clericorum prope Civitatem Placentinam Provinciæ Bononiæ. recente ereti, cum diversis Ordinationibus perpetuo servandis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Apostolicæ Dignitatis fastigio, nullis licet meritorum nostrorum sufficiens, per ineffabilem divinæ Bonitatis abundantiam constituti, circa Collegiorum ad piam rectamque adolescentium, aliorumque in fortè Domini vocatorum educationem recenter erectorum statum, felicemque progressum libenter intendimus; & ut Christifidelium quorūcumque, præsertim sublimi Cardinalatus honore fulgentium in eum finem operam suam, ac bona sibi a Deo collata liberaliter conferentium, vota optatos habeant effectus concessi Nobis a Domino potestatis partes studiosæ charitate interponimus, sicut, omnibus mature considerationis trutina persensis, salubriter expedire arbitramur.

§. 1. Alijs siquidem postquam Hospitalie sub titulo Sancti Lazari, prope & extra Muros Civitatis Placentinæ. Provinciæ Bononiæ. situm, quod dudum Administratore seu Rectori caruerat, dilecto filio nostro Julio Tituli Sancti Crisogoni S.R.E. Presbytero Cardinali Alberonio nuncupato, per eum quoad viveret juxta Constitutionem fe. re. Clementis Papæ V. prædecessoris Nostri in Concilio Viennensi editam tenendum, regendum, & administrandum, auctoritate Apostolica commiseramus seu concederamus, per Nos accepto, quod dictum Hospitalie olim quidem Leprosi curandis definitum fuerat; verum, ubi morbus hujusmodi per Italiam graffari deserierat, vice ac loco Leproforum, egeni primâ, & infirmi senes illuc introduci cuperant, ac deinde postremis temporibus utriusque sexus atque cuiusvis ætatis pauperes invalidi ipsius Placentinæ. Civitatis & Diœcesis passim receptarentur; adeo ut etiæ idem Hospitalie aliquando non modicum utilitatis & levamenti attulisset, progressu tamen temporis ex diversitate sexus & ætatis hujusmodi non levia incommoda orta essent; ipse vero Julius Cardinalis, qui in ea Civitate, illustre partibus ortus & educatus erat, ac Hospitalie præfatum in meliorem & longe utiliorem statum

Ad quid pri- mò fuerit in- stitutum hoc Hosptiale.

A Card. Al- beronio in meliorem statum redu- ctum:

disciplinam & mores pro dignitate, quantum in se erat, in patria sua reparare atque instaurare sibi propofuerat, ex dicto Hospitali Collegium pro Clericis secularibus universæ Diœcesis præfata, qui spiritualibus exercitiis vacare debebant, priusquam ad Sacros Ordines promoventur, quique ante completa literarum studia e Seminario Ecclesiastico Placentin. egrediebantur, necnon pro aliis Alumni seu Convictoribus tam dicti Seminarii quam torius Diœcesis studiis Ecclesiasticis, Sacrifice Ritibus ibidem imbuendis, institui summopere desiderabat;

§. 2. Nos pius ac laudabile ejusdem Julii Cardinalis propositum plurimum in Domino commendantes, Motu proprio, ac ex certa Scientia Nostris, deque Apostolica potestatis plenitude omnes & singulas personas, quæ tunc in dicto Hospitali reperiebantur, assignata prius unicuique earum annua præstatione ad sui vitam duraturam, ac de semestri in semestre anticipate perfolvenda centum quinquaginta librarium monetas Placentin., necnon Ministros (retentis ta-

men ex iis, quos ipse Julius Cardinalis servitius dicti Collegii aptos & idoneos censeret) arque etiam Rectorem Hospitalis hujusmodi, cui cura animalium eidem Hospitali annexa incumbebat, postea tamen quam dicto Rectori de aliquo perpetuo Beneficio Ecclesiastico ad sui substantiationem sufficienti provisum, annuave simili penso Ecclesiastica, Apostolica auctoritate, reservata, seu alias congrua portio alimentaria arbitrio Ven. Fratris Episcopi Placentin. five dilecti filii ejus Vicarii in spiritualibus Generalis taxanda, constituta foret, amovimus; ipsumque Hospitali unâ cum omnibus oneribus & obligationibus, ei quomodolibet injunctis, perpetuus suppelliens & extinximus; ac in dicti Hospitalis sic suppressi & extincti locum perpetuo itidem extinximus ac instituimus unum Collegium sub eodem titulo seu denominatione Sancti Lazar, a memorato Julio Cardinale, ejusque in regimine & administratione hujusmodi Successoribus, regendum & gubernandum etiam per Ministros & Officiales sibi benevlos; ac unum Rectorem Presbyterum secularis, eorum nutu & arbitrio semper & quandocumque amovibilem, etiam ad curam animalium exercendam deputandum, de gremio tamen ipsius Collegii, post deputationem primi Rectoris ad instar nominationum, que a Regularibus ad curam animalium obeundam in suis Ecclesiis fieri solent, & ab Ordinario loci ad eamdem curam animalium approbandum; in quo Collegio recipentur nedum Clerici secularis universæ Diœcesis prædictæ ad Sacros Ordines promovendi, adhuc ut inibi Exercitia spiritualia peragerent, antequam ad dictos Ordines promoverentur, solitus tamen per eos congruis alimentis pro qualitate & conditione temporum prescribendis; sed alii etiam Clerici secularis hujusmodi, præsertim Alumni & Convictores Seminarii prædicti, inde ante absoluta studia egradientes, ab Ordinario pariter approbati, ut in eodem Collegio Sacrarum Literarum, ac Theologia theoreticæ & practicæ studiis prosequerentur, atque Ritus Ecclesiasticos, & cantum Gregorianum sub præceptoribus, qui forent Presbyteri secularis, Sacra Pagina, ac Verbo Dei scripto & tradito probe eruditæ, perdisserent; ita quod Alumni gratis, Convictores vero hujusmodi, solitus ipsi Collegio similiter congruis alimentis, admitterentur; omnes autem Clerici præfati sub regimine Presbyterorum quoque secularium, a Julio Cardinale & successoribus prædictis eligendorum & deputandorum, vivere deberent: ipsique

Collegio

1733.

Collegio sic erecto & instituto pro illius manutentione, ac Clericorum in eo gratis retinendorum, Rectoris, Lectorum, Magistrorum, aliorumque Ministrorum substantiatione omnia & singula bona, res, proprietates, & actiones, ad Hospitalite ita suppressum & extinctum, illiusque Rectorem curatum respective quoquo modo spectantia, eorumdemque bonorum fructus, redditus, & proventus, qui, ut pariter accepteramus, octodecim millium librarum dicta monetae valorem annum non excedebant, in perpetuum quoque applicavimus & appropriavimus; & alias, prout in nostris defuper sub plumbō Anno Incarnationis Dominicae 1732. Tertio Idus Julii, Pontificatus Nostrī Anno Secundo expeditis literis, quarum tenorem praefertibus pro plene & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberioris continetur. Ac postmodum hujusmodi literis pro parte ipsius Julii Cardinalis eidem Ven. Fratri Episcopo Placentino exhibitis, protinus executioni demandata fuerunt in ea parte, qua etenim demandari poterant, facta inter alia assignatione dictarum centum quinquaginta singulis personis ac Ministris, mille vero librarum annuarum similis monetæ Rectori Hospitalis sic suppressi & exticti pro congrua ejus portione alimentaria, quemadmodum in dictis literis injunctum fuerat.

Cardinalis
prædicti erga hoc Colle-
gium benefici-
centia:

Presbyteros
Congr. Mis-
sionis pro
ejus regimi-
ne deputat.

¶. 3. Cum autem, sicut idem Julius Cardinalis Nobis nuper exposuit, is pro magnitudine suscepit a se operis ad locum ipsum, ut cuncta ordine insipiceret ac disponeret, accedere opportunum judicaverit; & ad majorem Dei gloriam suis magna ex parte pecuniis manus admoveiri curaverit, per amplio ad usum Collegii, ut præfertur, ereti & instituti, quod profectu ac perficie intendit, statim ac transacta hycme per minus rigido anni tempore licebit; ea vero occasione serio secum expensa, ac cum aliis prudentibus viris consulta arque discussa ratione, rem ipsam ad optatum debitumque effectum perducendi compererit, haud ita facile fore, tot idoneos Presbyteros seculares seorsim degentes inventire, ac ex diversis partibus acserere, qui eo, quo par est, fervore, animorumque consensu, non minus annos reditus ejusdem Collegii provide administrare, quam Clericos præfatos rite, sicut præmittitur, edocere ac instruere valeant; ac proinde vigore facultatis sibi in enarratis literis nostris attributæ Presbyteros Congregationis Missionis, utpote quæ secundum ejus institutum, & quamdam declaratiōnem re, me. Alexandri Papæ VII. prædecessoris etiam nostri, per suas in simili forma Brevis literas die 22. Septembris 1565. editam, Clero Seculari aggregata existit, ad præmissa deputandos duxerit sub diversis conditionibus, cum Superioribus ipsius Congregationis Missionis ab eodem Julio Cardinale jam communicatis, perpetuoque; ac quadam ejusmodi Collegium duraverit, servandis; illudque Consilium eo libentius complexus sit, quod Presbyteri dictæ Congregationis Missionis præcisè instituti noscuntur pro instruendis atque excolendis personis Ecclesiasticis ultra obligationem Sacrarum Missionum, quas peragunt maxime populus ruri degentibus, quaque per illorum in præfatum Collegium introductionem, cum eorumdem Presbyterorum numerus auctus fuerit, in Terris, Castris, aliisque locis supradictæ Dioecesis Placentinæ, peragere poterunt; cupiatque præterea dictus Julius Cardinalis deputationem hujusmodi cum conditionibus præfatis Apostolicæ confirmationis nostra præsidio communiri: ac insuper decerni, nullum Clericum prædictæ Dioecesis ad Sacros Ordines illic promoveri posse, qui prius Exercitiis spiritualibus in eodem Collegio per decem dies non vacaverit, Alumnos vero & Convictores

in ipso Collegio pro tempore degentes, quod impensis literarum studii divinoque cultui incumbant, aliqua peculiari prærogativa invitari, ac donari; Nobis præterea humiliter supplicavit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Julii Cardinalem votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, felicemque dicti Collegii successus pro commissione Nobis divinitus pastoralis solicitudinis munere promovere & juvare sinceris exoptantes affectibus, hujusmodi supplicationibus inclinati, deputationem Presbyterorum Congregationis Missionis pro administratione honorum, ac redditum Collegii sic erexit & instituti, atque instructione ac directione Clericorum in ipso Collegio pro tempore existentium, ab eodem Giulio Cardinale factam, seu propediem faciendam, conditionesque ad id præscriptas, infra referendas, auctoritate Apostolica tenore præsentium itidem perpetuo approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmataris robur & efficaciam adjungimus, ac quocumque juris vel facti defectus, si qui desuper quomodo libet intervenerunt vel intervenerint, supplemus & sanamus; qua quidem conditiones sunt, quæ sequuntur, videlicet. Primo: Personæ deputandæ ex Presbyteris & Laicis Congregationis Missionis numero duodenario pauciores esse nequeant, octo nimur Presbyteri & quatuor Laici seu Coadjutori; isque numerus pro opportunitate & incremento redditum Collegii potius augendus sit, quam imminuendus. Secundo: Presbyteri & Laici Congregationis Missionis, servitio seu ministerio Collegii addicti, remaneant nihilominus uniti capiti & corpori ejusdem Congregationis, ac jugiter subjecti visitationi & correctioni illius Superiorum Majorum tam quoad spiritualia quam quoad propria eorum & Collegii temporalia. Tertio: Ad Superiorum Majores Congregationis pertineat omni tempore & quacumque occurrente occasione destinare ac deputare tum Rectorem Collegii, cui incumbet exercitum cura animarum cum facultate supplendi per alium, servata tamen forma literarum nostrarum prædictarum circa approbationem Ordinarii, & alia in eisdem Literis præcripta, tum reliquos omnes Officiales ac personas servitio Collegii necessarias, illosque & illas amovere, aliosque collocare, prout opus vel expediens fuerit. Quarto: Officiales Ministro Collegii deputatis pro tempore, ac præcipue Rectori, competat plena administratione omnium rerum temporalium ejusdem Collegii tam præsentium quam futurarum, ac ubicumque existentium, quin alius quisquam se in ejusmodi administratione immediate ingere valeat; neque aliud eos maneat onus sine obligatio quam reddendi rationem sua administrationis tam Superioribus Majoribus Congregationis, quam ipsi Julio Cardinali & successoribus, quoties illam exigent. Quinto: Nec Superiorum Majores nec Rector bona, & capitalia Collegii nunc & pro tempore existentia, eorumve annos reditus alienare, distrahere, oppignorare, aut permutare valeant sine expressa licentia & consensu eorumdem Julii Cardinalis & Successorum, sed omnia conservare & meliorare debeant in maius commodum & beneficium ipsius Collegii dumtraxat, itaut nec fructus quovis sub prætextu in alios usus erogare, seu convertere possint. Sexto: Recto, Officiales, aliaeque personæ servitio Collegii destinatae, ac etiam Superiorum Majores Congregationis (pro iis, quæ directionem Collegii in spiritualibus & temporalibus respiciunt) recognoscere debeant præminentem autoritatem sine superioritatem Julii Cardinalis

Quæ deputa-
tio confirma-
tur sub condi-
tionibus.

Ne personæ
deputatae sint
pauciores
duodecim,

Qui suis Su-
perioribus
sunt omnino
subjecti.

Ad quos per-
tinet Reclu-
rem, caterol-
que Officia-
les destinare.

Ils vero plena-
rerum tem-
poralium
comperat ad-
ministratio.

Nemini vero
ejus bona
alienare, op-
pignorare
&c. liceat.

Ipsius Car-
dinalis, &
Successorum,
qua sit facul-
tas.

Ipsi vero Of-
ficiales Con-
greg. Roma-
nae aggrena-
tur.

Superioribus autem Congregat. comperat vi- vendi nor- man præscri- bere.

Decretum quod Clerici Placentini Ordines suscipere nequeant nisi per decem dies in hoc Collegio Spiritualibus vacaverint Exercitiis.

Alumnis ve- ro in concur- fu ad Benef. cia prælatio conceditur.

suorumque successorum, profitendo erga illos eamdem dependentiam & subjectionem quam ipsa Congregatio profiteretur quoad functiones sui Instituti Ordinariis locorum, ubi adsumt eus Domus; & inter alia ipsi Julius Cardinalis & Successores, quatenus repererint Rectorem, vel alios destinatos ministerio Collegii in aliquo deficiente vel culpabiles, petere valeant a Superioribus Majoribus eorum motionem, & aliorum subrogationem in locum amotorum: si id sine rationabili causa sibi denegaretur, illos propria auctoritate a superioritate praefata removere; hæcque facultas Julio Cardinali & successoribus reservata censeatur, etiam circa Alumnos, Convictores, & Ordinandos juxta formam quoad istos dictarum nostrarum Literarum. Septimo: Rector, Officiales, aliisque persona Congregationis, servitio ejusdem Collegii tam in ejus aperiitione quam progressu temporis destinanda, non solum uniti & unitæ capiti & corpori Congregationis remanere debeant, ut præfertur; sed etiam specialiter aggregati & aggregata sint, & esse censeantur Provincia Romana pro necessaria faciliorique communicatione inter Iulium Cardinalem & Successores, ac Visitatorem pro tempore Provincia hujusmodi, qui verisimiliter in Urbe residebunt, ubi commode de rebus, bonum gubernium Collegii concernentibus, una deliberaare & agere poterunt. Octavo: Pro profero regimine Collegii in eisdem spiritualibus & temporalibus liceat superioribus Majoribus Congregationis, cum scientia tamen semper, & approbatione Iulii Cardinalis & successorum, regulas seu statutum condere circa normam, seu modum vivendi, conversandi, ac fere gerendi in Collegio; illaque & illa successu temporis, quotiescumque necesse fuerit, mutare, alterare, ac variare, qua accurate in omnibus observari debeant, perinde acsi a Nobis sigillatim approbatæ seu approbata fuissent.

§. 4. Porro nonnullorum Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum exemplo eadem auctoritate Apostolica harum serie statuimus & ordinamus, quod deinceps nemo ad aliquem ex Sacris Ordinibus in Civitate & Diœcese Placentin. assumatur, nisi prius, (præter ea, quæ a Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis constituta sunt) ad minus per decem dies in Collegio præfato, postquam apertum fuerit, inclusus, spiritualibus Exercitiis vacaverit, ac de omnibus ad digne suscipendum & rite exercendum Ordinem hujusmodi eruditus fuerit, & de hoc literas testimoniales Presbyterorum dictæ Congregationis Missionis ad ipsum Ordinarium detulerit, sub pena adversus contrafactualtes suspensionis ab executione Ordinum aliter suscepitorum, & alias, prout a supradicto Alexandro Prædecessore quoad initiando eisdem Sacris Ordinibus in Urbe, ac sex Episcopatibus suburbicariis, per suas pariter in forma Brevis die 7. Augusti 1662. expeditas literas sanctum repperit. Ceterum quo tam Alumni quam Convictores Collegii præfati pro tempore existentes, etiam premii laborum suorum aliquando consequendi spe excitati, ed alacrius memoratis studiis, Sacrifice & Ecclesiasticis disciplinis assiduam operam impendant, eodem Alumnos & Convictores, qui per aliquot annos in dicto Collegio laudabiliter versati, studiis & disciplinis præfatis sedulo ac cum progreſſu incubuerint, & alias idonei fuerint, in collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum, quibus imminent cura animarum, ac præserint de quibus per concursum juxta Decreta dicti Concilii Tridentini providendum est, ceteris paribus, ac in aequalitate suffragiorum alii anteferti volumus & mandamus, salva ac servata in reliquis omnibus & singulis, quæ præsentibus non adversantur, præfatarum literarum Nostrarum forma & dispositione.

§. 5. Decernentes, ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper ac perpetuo firma & efficacia existere & fore, suoque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabat, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective incusse observari; sicutque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caſarum Palati Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, alioſe quoſlibet quacumque præminertia & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac, quoctopus opus sit, præfata Congregationis Missionis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statatis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; necnon omnibus & singulis illis, quæ in prioribus literis Nostri prædictis concessa sunt non obſtare, ceterisque contrariais quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Februarii 1733, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Statuitur, ut Procurator Assistentes Generales Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini eligi non possint in Generalem ante sexennalem vacationem ab officio.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Fili prospéroque Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, quem in præcordiis gerimus paternæ charitatis, regimini & gubernio pro pastorali nostra sollicitudine, quantum cum Domino possumus, salubriter propicere, omnemque ambitus & cupiditatis occasionem ab ejusdem Ordinis Alumnis, quemadmodum in diversis aliis Religionis Ordinibus provide constitutum dignoscitur, procul arcere volentes; Motu proprio, ac exacta scientia, & matura deliberatione nostris, de qua Apostolica potestatis plenitudine, ne deinceps perpetuis futuris temporibus ille ex Fratribus dicti Ordinis, qui Procuratoris Generalis, aut aliquo quatuor Assistentium Generalium officio perfunditus fuerit, in Priorem Generalem ipsius Ordinis immediate, ac nisi prius ab officio hujusmodi per integrum sexennium vacaverit seu cessaverit, ulla modo eligi possit & valeat, tenore præsentium statutum & ordinamus.

§. 2. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus, etiam in Capitulo generali Ordinis hujusmodi proximè celebrando, fortiri & obtinere; & ab illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabat, in omnibus & per omnia plenissime & inviolabiliter observari; sicutque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caſarum Palati Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non

ANNO
1733.
Præsentium
Literarum
firmitas.

Obstantium
derogatio.

Dat. die 5.
Febr. 1733.
Pont. An. III.

Decretum.

Harum Lite-
rarum perpe-
tua observan-
tia.